



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

2. Quæ non dicatur consuetudo legitime præscripta; Et cuius temporis
cursus esse debeat consuetudo contra legem Canonicam? Et an
consuetudo abrogans legem Ecclesiasticam non sit contra Ecclesiam, sed

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

7. Et tandem nota posteros consuetudinem ob-
servantes à culpa excusari; nec tenentur investigare
de illius iustitia, sed præsumere debent in fauorem
consuetudinis. Ita Palauus ubi supra, & Villalobos in
sum. tom. 1. tract. 2. difficult. 3. n. 9.

RESOL. II.

Quam dicatur consuetudo legitime præscripta?
Et cuius temporis cursus esse debeat consuetudo contra le-
gem civilem, & contra legem Canonicam?
Et an consuetudo abrogans legem Ecclesiasticam non sit
contra Ecclesiam, sed potius pro illa, & aduersus Ec-
clesiam Romanam non datur præscriptio nisi centum
annorum spatio? Ex p. 6. tract. 5. Resol. 2.

§. 1. **V**T consuetudo sit iusta, non solum vt visum
est, debet esse rationi consona, sed requiritur
etiam ad consuetudinem inducendam cursus temporis,
hoc est, vt diuturna sit: sed difficultas est, cuius tem-
poris cursus esse debeat?

2. Prima opinio est Conani lib. 1. comment. n. 6. &
Hortomani in §. ex non scripto, Instit. de iur. nat. asser-
tentium requiri tempus immemorabile, cuius nulla
extat memoria.

3. Secunda opinio est Ioannis Præpositi in part. 2.
D. Thomæ, q. 97. dub. 1. n. 10. & dub. 2. n. 13. Iacobi Gor-
doni in sum. tom. 1. lib. 2. q. 14. c. 4. n. 14. & 15. Me-
galij in promptuario, verb. Consuetudo, n. 5. & n. 8. Bonel-
li, Bonacine, Mascardi, Emmanuelis Sà, quos citat
& sequitur Castrus Palauus tom. 1. tract. 3. di. p. 3. punct.
2. §. 2. n. 5. asserentium absolutè consuetudinem esse
legitimè præscriptam ad abrogandam legem, vel de-
nuò constituendam, si per decennium perseverauerit:
quia iura ad consuetudinem inducendam requirunt
tantum longum tempus: sed decennium est longum
tempus, vt patet ex l. ult. C. de præscript. long. temp. §. 1.
Instit. de vscap. Ergo, &c.

4. Tertia opinio distinguit. Vel consuetudo est
præter legem civilem, vel contra legem civilem: & in
hoc casu decennium sufficit. Vel est contra legem
canonicam, & tunc quadraginta anni necessarij sunt.
Ita Schneideuius §. ex non scripto, Instit. de iur. nat.
n. 5. & præter alios infra citandos Tannerus tom. 2.
disp. 5. q. 7. dub. 1. n. 8.

5. Quarta opinio est Iacobi Granado in part. 2. D.
Thomæ, controuers. 7. tr. 3. part. 2. disp. 16. sect. 1. n. 9. vbi
sic ait: Mihi absolutè placet, quòd Dominicus Soto
lib. 1. de iustit. q. 7. art. 2. Medina ad art. 3. q. 97. affirma-
rans, scilicet hoc negotium relinqui debere arbitrio
prudētis & docti viri, qui perspectis omnibus cir-
cumstantiis iudicet, quando consuetudo tantum tem-
poris vigerit, vt meritò credatur adesse rationabilè &
tacitum consensum Principis, seu Legislatoris nolētis
vlterius obligare suam legem. Et quidem quandiu nò
constiterit, consuetudinem durasse per tempus suffi-
ciens expectandum est tempus decem annorum: hoc
etiam est tempus longæuuum, & sufficiens ad præscri-
ptionem, ac proinde ad abrogationem legis, quæ mi-
nus requirit, vt ita dicam. Longius verò tempus, &
multò magis spatium quadraginta annorum nullo
modo requiritur etiam ad consuetudinem legitimè
præscriptam contra legem Ecclesiasticam, vt non so-
lum Vasquez, sed etiam alij graues Doctores rectè
docuerunt: quia id in iure non habetur. Licet enim ad
præscribendum contra bona Ecclesiastica, id spatium
exigatur in iure, longè diuersa est ratio in consuetu-
dine: præscriptio enim tollit ius, quod Ecclesia habe-
bat ad bona Ecclesiastica: etiam si hæc non consentiat,
& idèd voluit ius Canonicum in fauorem bonorum
Ecclesiasticorum tam longum temporis spatium re-

Tom. V. 1.

quiri. At verò consuetudo solum tollit obligationem
legis, quatenus affert tacitum saltem consensum
Principis: qui quidem sufficienter dignoscitur in de-
cennio. Hæc omnia Granado, Cuius sententiam, nem-
pe tempus necessarium, vt dicatur consuetudo legiti-
mè præscripta, relinquendum esse arbitrio iudicis,
præter Doctores ab ipso citatos tenet Basilius Pontius
de matrim. lib. 6. c. 5. n. 8. Montefinus in part. 2. q. 97. 2.
disp. 2. q. 3. n. 225. Menochius de arbit. lib. 2. centur. 1.
cas. 89. n. 6. Corrasius in leg. de quibus ff. de legibus, n. 8.
Sylluius in part. 2. D. Thomæ, q. 97. art. 2. conclus. 8. Cui-
acius lib. 2. obseruat. c. 11. Lotca in part. 2. tom. 2. de legib.
disp. 29. memb. 2. ac etiam Duualius in part. 2. D. Tho-
mæ, tract. de legibus, q. 7. art. 2. cum alijs.

6. Sed quicquid ego sentiam, dicam breuiter. Prima
opinio est reicienda, alia tres sunt omnes probabiles,
& maximè quarta: sed ego tertiam tanquam probabilè
adhæreo. Dico igitur consuetudinem decem annorum
contra legem civilem esse legitimè præscriptam; con-
tra verò legem Canonicam requiri spatium quadra-
ginta annorum. Probatur prima pars ex leg. 1. C. quæ sit
longa consuetudo ex leg. sed ea quæ ff. de legibus, in quibus
iuribus solum requiritur ad inducendam consuetudi-
nem longum tempus, sed decennium est longum tem-
pus requisitum ad præscriptionem, vt patet ex toto
titulo Cod. de præscript. Ergo, &c. Secunda verò pars,
nempe consuetudinem contra ius Canonicum & Ec-
clesiam debere esse quadragenariam. Probatur ex
Aub. quas aitiones Cod. de sacrosanct. Eccles. & illam
ego teneo ex auctoritate venerandæ Sacræ Rotæ Ro-
mænæ: quæ semper hanc sententiam canonizauit, vt
patet in vna Gerundens. Administrationis die 13.
Maij 1630. coram Eminētissimo Verospio apud
Guercilios Venetos dec. 375. n. 10. & ita præter Docto-
res vbi supra citatos tenet hanc sententiam D. Anto-
ninus 1. part. tit. 1. c. 1. §. 4. Cordubæ lib. 1. q. 12. ad 4.
argumentum. Angelus verbo Consuetudo, n. 8. Corneus
lib. 2. consil. 193. n. 14. Alex. lib. 2. consil. 68. n. 7. Socinus
senior lib. 2. consil. 260. n. 19. Ruinus lib. 4. consil. 115.
n. 1. Dec. consil. 134. verb. & in casu isto. Aret. consil. 44.
n. 1. Baldellus lib. 5. disp. 47. n. 13. Ioannes Vvigers in
part. 2. q. 97. art. 3. conclus. 2. difficult. 3. n. 22. Lessus lib. 2.
c. 6. dub. 14. n. 47. & dub. 8. n. 25. Rebellius part. 1. lib. 1.
q. 15. n. 12. Suarez de legibus, lib. 7. c. 18. n. 12. Layman
lib. 1. tract. 4. c. 124. n. 6. Reginaldus tom. 1. lib. 13. cap. 23.
n. 247. Clarinus in disceptationibus forensibus, cap. 15.
n. 86. Malderus in p. 2. D. Thomæ, q. 97. art. 3. n. 1. in fin.
Et tandem Ferdinandus Oterus in c. sine de consuetud.
part. 2. n. 38.

7. Non desinam tamen hic adnotare Castrum Pa-
laui contra nostram sententiã insurgere to. 1. tract. 3.
disp. 5. §. 2. n. 9. Quia consuetudo abrogans legem Ec-
clesiasticam non est contra Ecclesiam, sed potius pro
illa, cum ex consensu ipsius Ecclesiæ tradito in c. vlt.
de consuetud. hæc abrogatio procedat: sed præscriptio-
nes, quæ sunt in fauorem Ecclesiæ, & non contra illam,
non indigent spatio quadraginta annorum, sed decen-
nio perficiuntur, vt tradit Rota in nouissimis, part. 2. de
cissione 375. n. 8. apud Faviniacium. Ergo, &c. Deinde si
ob similitudinem desumptam à præscriptione propria
expostulantur in consuetudine Catholica quadraginta
anni, etiam debent expostulari ceterum, vel tempus, cuius
initij non sit memoria. Probo, quia aduersus Ecclesiam
Romanam non datur præscriptio, nisi centum annorū
spatio, Aub. quas aitiones, C. de sacros. Eccles. ergo con-
suetudo, quæ legem latam à Romano Pontifice abro-
gat, centum annorum spatium ad præscriptionem exi-
get. Deinde aduersus referuata Principi non præscribi-
tur, nisi consuetudine immemorabili, ex c. super quibus-
dam §. præterea, de verb. signific. & tradit multos alle-
gans Mascardus de probat. concl. 424. n. 40. Sed lex lata
à Principe sibi est eius dispensatio referuata: ergo non
solum

Sup. hoc in-
frā in Ref. 6.
§. 1. & vltim.
post med. &
in Ref. 11.
lege §. Sed
difficultas, &
leqq. & vide
verl. not. leq.
& Resoluto-
iones posita
suprà in
annor. §. Se-
cunda huius
Ref. & in to-
3. tr. 1. Ref.
116 §. Et
miron

Sup. doctrina
contenta in
hoc §. cum
codem Pa-
lauo, & alijs
additis in
tom. 7. tr. 1.
Ref. 303. in-
ter med. &
fin. verl. qui
admittit.

Sup. hoc latè
in Ref. leq.

solam spatium triginta annorum, sed immemorabile requiritur; si ex proportione ad prescriptionem esset desumenda prescriptio in consuetudine legali. Item una Ecclesia aduersus aliam prescribit decem annos, nisi obiter ius: ergo aduersus legem municipalem, vel statutum decem annorum prescribitur. Ergo consuetudo Canonica abrogans legem non expostulat quadraginta annos. Hucusque Palanus. Sed tu ne deseras nostram sententiam tenere, cum sit communis, & illam, ut dixi, canonizauerit Sacra Rota; ut ego docui in tractat. de immunit. Eccles. contra Sarpum.

Docuit in
Ref. que hic
est in tom. 9.
tract. 1. Ref.
216.

RESOL. III.

An Ecclesia Romana adhuc competat privilegium prescriptio-
nis centum annorum?

Et an verò & aliis Ecclesiis quadragenaria prescriptio
tantum competat?

Et notatur contra Supremos Principes, & Reges non dari
nisi prescriptionem centum annorum.

Idem est de Republica non agnoscente Superiorem. Ex p. 6.
tract. 7. & Misc. 2. Ref. 8.

Sup. hoc
cursum ante
med. & ult.
præced. Ref.
verf. Probo
quia.

§. 1. Negatinè respondet Conradus Rittershusius in expositione Nouell. Iustiniani part. 1. c. 1. n. 3. ubi sic ait: Inter alia verò prescriptio-
num genera est etiam centenaria siue centum annorum prescriptio, quam Imperator in l. 23. ut inter diuinum (vulgo est leg. vltima) C. de sacros. Eccles. concessit Ecclesiis, & locis religiosis, sicut & ciuitatibus. Eandem prescriptionem centenariam (quam & secularem dicere possumus: sicut Horatius Carmen seculare) in honorem Dei concessit Imperator Ecclesiis Catholicis omnibus, tam in Occidente, quam in Oriente, Nouell. 9. cuius hæc est inscriptio in vulgata translatione, summam eius complectens, ut etiam Ecclesia Romana centum annorum gaudeat prescriptione: tamen si in quibusdam Editionibus particula Etiam omittatur. Ex eius Nouellæ initio obseruetur illustre encomium Romæ, quam Imperator vocat anteriorem, id est, senio-
rem respectu Constantinopolis, quæ noua Roma dicta est, post translationem eò imperij sedem, ut & Nouella 13. c. 2. vocat enim ipsam patriam legum & fontem Sacerdotij, quæ sicut legum originem sortita est, ita etiam Summi Pontificatus apicem obtinuerit. Quod elogium conferendum est cum plurimis aliis, quæ collegit ex variis scriptoribus clarissimus Lipsius in admirandis, seu de magnitudine Romana. Sed hanc centum annorum prerogatiuam prius concessam Ecclesiis, aliisque venerabilibus locis, quæ enumerantur tit. C. de sacrosanct. Eccles. postea rursus ademit, id est, substituta in eius locum prescriptionem quadraginta annorum Nouellæ 3. quæ correctoria Nouellæ 9. Ideoque rectè sic inscribitur à veteri interprete, hæc constitutio innouat constitutionem, quæ prescriptionem centum annorum venerabilibus locis dederat. Rationem in-
novationis ipse reddit Imperator dicta Nouella 3. quam quidem etiam alia constitutione sua tandem confirmat in Nouella 13. c. 6. pro temporalibus, &c.

2. Neutro autem loco excipit Ecclesiam Romanam, quasi hæc sola centum annorum prescriptione aliis Ecclesiis denegata adhuc gaudere debeat. Quapropter malè Iternius in fin. Authent. quas actiones Cod. de sacrosanct. Eccles. à generali illa constitutione de tempore actionum, siue prescriptione quadraginta annorum Ecclesiis aliisque locis sacris competente, excipit Ecclesiam Romanam, eorum annorum spatium, vel privilegio. Quæ verba, cum neque in fonte Nouell. 3. neque in Nouell. 13. c. 6. extent, non debuit ipse eam clausulam de suo infatere. Non enim plus esse debet in transumpto, quam in originali, neque sine crimine

falsi hoc facile fieri potest, ut plus in illo ponatur, quam in hoc contineatur. Videatur Cuiacius non solum in d. tract. de diuersis temporum prescriptionibus & terminis, c. 3. 1. Sed etiam l. 5. obser. c. 5. item in recitationibus ad c. 13. ad audientiam, c. 14. extra de prescriptio-
nibus. Item D. Giphanius ad l. 1. ut inter diuinum, & Authent. quas rationes Cod. de sacrosanct. Eccles. Item Ari Pinellus ad Auth. nisi triennialis, n. 57. C. de bon. matrem. Et si autem hæc ita sunt: tamen Andreas Fachinatus lib. 8. conuouers. c. 3. pag. mibi 158. strenuè propugnat pro Ecclesia Romana, quæ centum annorum priuilegium adhuc etiam ex Iustiniani mente competere contendit, (quod non credo) & Iternium defendit, sed ipsius rationes tantisper me non sunt, ut à Cuiacio, Pinello, & Giphanio, aliisque propter eas discedam, Hucusque Rittershusius.

3. Sed iste Author semper infensus Romanæ Ecclesie merito relinquendus est, & ideo adhaerendum puto sententiæ affirmatiuæ. Vnde aduersus Rittershusium præter Fachinam opponam alium doctum Iuriscō-
sultum Petrum Gudelinum de iure nouissimo lib. 6. c. 13. ubi sic ait: An etiam restrictio hæc pertinet ad Ecclesiam Romanam? Sic refutauit Cuiacius auctoritate Iuliani, aliorumque quorundam veterum interpretum obser. lib. 5. c. 5. verum id aliter accepit Iternius dicens Romanam Ecclesiam præ cæteris sui annorum centum prescriptio-
nis priuilegio d. Auth. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles. quasi posteriores constitutiones non fultulerint Nouellam Iustiniani nomam, eaque, ut titulus præ se fert, præsertim ad Romanam Ecclesiam spectat. Cōsentit ius Pontificum aduersus cæteras Ecclesias prescriptionem annorum quadraginta probans, c. de quarta, c. illud, c. quia, de prescriptio-
nibus. Sed aduersus Romanam non nisi centum, c. ad audientiam, c. cum nobis, & c. si diligenti in fin. eod. tit. Merito, cum hæc sit caput omnium Ecclesiarum, & in ea apex Summi Pontificatus d. Nouell. 9. in primo. Ita Gudelinus.

4. Dicendum est igitur, quod cum Iustinianus in Auth. constitutio, collat. 8. se ipsum expressè corrigendo admittat generaliter contra Ecclesias quadraginta annorum prescriptionem, abrogato penitus centenaria prescriptio-
nis privilegio, hæc nouior decisio non procedat in Ecclesia Romana, solum in aliis Ecclesiis: quasi lex noua loquens generaliter non trahatur ad casum Ecclesie Romanæ anteriori lege specialiter prouisum iuxta Gloss. in l. sciendum, ff. qui iurisdi-
ctione cogantur. Et ideo Iternius Ordinator Authenticarum hoc ita intelligens post dictam legem finalem C. de sacrosanct. Eccles. adiecit Authenticam, quas actiones, per verba expressè in aliis Ecclesiis quadragenariam prescriptionem admittentia, in Ecclesia verò Romana sola centenariam. Inde etiam emanauit, ut posteriori quoque iure Pontificio eadem re-
tenta opinione expressè & sine vilo dubio referatur contra Ecclesiam Romanam non sufficere, nisi centenaria prescriptio-
nem: contra alias verò quadragenariam prescriptionem sufficere c. de quarta, c. ad audientiam, de prescriptio-
nibus. Ita ut iure Canonico attento hoc sit penitus indubitatum. Vide præter alios nouissimè Trullench in Decal. tom. 1. lib. 7. c. 4. dub. 7. n. 5.

5. Notandum est etiam hæc obiter contra Supremos Principes & Reges non dari nisi prescriptio-
nem centum annorum. Ita Alex. cons. 84. n. 2. cum Apostill. lib. 1. c. conf. 24. n. 14. ad fin. lib. 1. Osaleus dec. 69. n. 13. Crauet. de antiquit. p. 4. c. Absolut. different. quib. n. 22. c. 9. præsertim n. 36. & post. Dec. d. cons. 124. n. 44. lib. 1. Fachin. contr. iuridic. lib. 8. c. 3. versic. quod at-
tinet. Eadem est resolutio ac de Republica non agnoscente Superiorem. Soc. cons. 86. n. 12. in fin. cum seq. lib. 1. Menochius cons. 1101. n. 44. Surdus decis. 1. præ-
sertim sub n. 2. n. 7. c. n. 8. c. n. 9. ex leg. tit. C. de sacrosanct. Eccles. V. v. lembeec. consil. 5. in initio.

RESOL.